Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36519
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



collata est ut quadraginta diebus ambulans non fatigaretur nec esuriret. Vis tibi hunc cibum ab anglis ministrari. Illum valde si non vis. Quod si cibum hunc desideras et talia ministeria si humili magis ambitione requiris. Audi quomodo scriptum sit de domino quia temptante diabolo et suadente ut de lapidibus panem faceret respondit et dixit. Non in solo pane vivit homo sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Deinde temptationibus superatis et temptatore fugato accesserunt angeli et ministrabant ei. Tu ergo si vis habere ministerium angelorum fuge consolationes seculi et temptationibus resiste diabolo. Renuat consolari anima tua ma lis. Si vis delectari in memoria dulcium esuris currere vis ad panem. An non audis dicentem. Non in solo pane vivit homo. Cur tanta varietate distraheris. ut in cibum. in potum. in vestem. aut lectum. nisi ipsa necessitate requiras. qui in uno id est in verbo dei potes omnia hec pariter invenire. Manna enim est omnem habens saporem et odoris delectationem. Et equidem vera et secura. suavis et salubris. iocunda et sancta. hec est promissio vite presentis. nam promissionem future quis explicet. Si exspectatio vestra est letitia. ut omne quod desiderat in seculo ei non valeat comparari. ipsum quod exspectatur quid erit. Oculus non vidit deus absque te. quae preparasti diligentibus te. Subbis utique scapulis quae nobis offerri video. Subbis enim abscondimur. subbis abinvicem accipitrum et milvorum protegimur. quae sunt aeriae potestates. sub bis umbraculis salubre refrigerat nos et repellit nimium solis feruorem. Subbis quoque alimur et fovemur. Ait enim propheta in alio psalmo. Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die malorum. Dum adhuc dies mali sunt et interim aliena sumus. quae data est in manus impii. in qua non est regnum pacis. nec dux pacis regnat in ea. Iam si regnat quod est quod orantes dicimus. adveniat regnum tuum. Necesse est quod abscondere si quid habemus boni. quo thesaurum regni celorum qui invenit homo abscondit. Sic prudenter quod etiam corporaliter et in claustris et insulis abscondimus. et si securi volumus quantum in hac absconsione lucramur. credo quia nullus est hic si quartam partem ex quae facit hic agerent in seculo. qui non adorarent et reputarent ut angelus. Hinc aut cotidie tamquam negligens monachum arguitur et increpatur. Parvum ne hoc lucrum ducitis. quod non reputamus sed an quam suris. An non timetis ne forte hic nulla mercede recepta in futuro mercedem non habeatis. Necessaria quidem est hec absconsio non solum ante oculos aliorum. sed etiam magis ante te ipsum. Hoc enim habet dominica illa sententia. cum fecerimus omnia quae preceptum nobis dicite servi inutiles sumus. quod debuimus fecimus. Vae enim nobis si non fecissemus et hec est utique magna merces et summa securitas. quidem et bene facimus. et tamen plus semper adtendimus quae desunt nobis. et parum pendimus quae habemus. Hec igitur est absconsio quam nobis subscapulis suis prestari dicimus. Talis siquidem fuit obumbratio illa